Università per Stranieri di Perugia

BIBLIOTECA PALAZZO GALLENGA

PROGETTO DI CONSERVAZIONE E VALORIZZAZIONE DEI TESTI ANTICHI DEL FONDO GALLENGA STUART

info:
Paola Attanasio
Biblioteca Palazzo Gallenga
Piazza Fortebraccio, 4
06123 Perugia
paola.attanasio@unistrapg.it
tel. 075.5746704

Muret, Marc Antoine

M. Antonii Mureti i.c. et civis R. Orationes XXIII. Earum index statim post praefationem continetur. Eiusdem interpretatio quincti libri Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum. Eiusdem hymni sacri, & alia quaedam poematia.

Pubblicazione: Venetiis : apud Aldum, 1575
Descrizione fisica: 3 pt. ([16], 320, [6], 37, [5]; 57, [7] p.) ; 8°
Note: 2: Aristotelis Ethicorum ad Nicomacum Liber quinctus in quo de iustitia et iure accuratissime disputatur M. Antonio Mureto interprete.
3: M. Antonii Mureti i.c. et civis R. Hymnorum sacrorum liber iussu serenissimi Gulielmi ducis Mantuae montisferrati et c. conscriptus. Eiusdem alia quaedam Poematia.
Le Orationes e Hymnorum sacrorum liber hanno front. proprio; il commento al quinto libro dell'Ethica Nicomachea inizia con proprio occhietto
Sul verso del front.: Editio Aldi Manutij Paulli f. Aldi n.
Manca la c.8 della pt. 1
Marca sul verso del front. delle pt. 1 e 3
Copiosi capilettera e testatine xilogr. ornate
Ritr. xil. di Aldo Manuzio il vecchio sui front. delle pt. 1 e 2
Legatura in pergamena, sul dorso nervi in rilievo; pregevole e rara edizione ben conservata
Impronta: 01: asia o-O. i-ae nepe (3) 15 (R)
02: umo- liia maum danu (3) 1575 (Q)
03: t:e, c.o. c.t. SiSe (3) 1575 (R)
Marca: Aquila imperiale su corona posta come cimiero di uno scudo, contornato da foglie d'acanto. Nello scudo aquila su àncora e delfino.

Di seguito alcune immagini significative del testo

Mureti
Oration.

Mureti
Oration.

408

~~408~~

M. ANTONII MVRETI I.C. ET. CIVIS. R.

ORATIONES. XXIII

Earum index ſtatim poſt Praeſationem continetur.

Eiuſdem interpretatio quincti libri Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum.

Eiuſdem hymni ſacri, & alia quaedam poematia.

F. S.
Invent. N. 10503

VENETIIS. ∞ D LXXV

Apud Aldum.

MAXIMILIANI . II

EX . PRIVILEGIO

IMP . CAES . AVG.

Editio Aldi Manutij
Paulli F. Aldi N.

M. ANTONIVS MVRETVS S. D.

SCIPIONI . GONZAGAE Marchioni, & S. R. I. Principi.

OFFERO tibi munus, SCIPIO GONZAGA, *ſi aut ex ſua, aut ex tua dignitate ſpectetur, perexiguum; ſi ex uiribus meis, mediocre; ſi ex animo, magnum. Orationes quaedam ſunt, uarijs a me temporibus habitae: quas, cum partim diſperſae atque errantes uagarentur, partim apud me in aduerſarijs neglectae iacerent, nunc in unum corpus collectas*

M. ANTONII MVRETI

ORATIO . PRIMA

HABITA . VENETIIS MENSE . OCTOBRI ANNO . ∞ . D . LIV

QVae *ſingula hominibus ad dicendum accedentibus timorem facere conſueuerunt, patres ampliſſimi, uosq. ceteri ciues ornatiſſimi, ea mihi ſeſe hodierno die obijciunt uniuerſa. Siue enim loci amplitudo afferre perturbationis aliquid poteſt, Venetijs dicimus: ſiue audientium dignitas, magna lectiſſimorum hominum adſtante frequentia dicimus: ſiue ipſa orationis materia, dicendiq. condicio, ita dicimus, ut ſit nobis eodem tempore de ingenio, de doctrina, de gloria, ornamentiſq. omnibus*

ORATIO SEPTIMA

HABITA . ROMAE IV. ID. NOVEMB. ANNO. ∞. D. LXV

CROESVM olim Lydorum regem opulentiſſimum, petendi oraculi cauſſa, Delphos miſiſſe accepimus, qui ſciſcitarentur ex Deo, non leue quiddam & nugatorium, ut antea, cum clam in eodem aheno teſtudinem ſimul & agnum coquens, experiri uoluerat, numquid eorum quae agerent homines deum lateret: neque quid ſe facere oporteret, ut ex ſe procrearet liberos: neque ecquid aduerſus Perſas bellum ſuſcipere deberet, neque denique quidquam ſimile eorum, quae prius quaeſiuerat: ſed rem omnium multo maximam, multoque digniſſimam, in qua cognoſcenda plurimum ab omnibus

bus

bus operae ac ſtudij collocetur: quomodo felicitatem conſequi, & quid agens, id quod ſupererat aetatis beatiſſime tranſigere poſſet. Sapienter hoc quidem, & non pro ea, qua pleriſq. in alijs rebus uſus eſt, inconſiderantia & temeritate: quod de uia, quae ad ſummum bonum ferret, neque ſtatuendum ſibi ipſe, neque cuiuſquam hominis fidendum conſilio, ſed deum conſulendum iudicauit. Reſponſum autem ei redditum eſt plane praeclarum, & illa, quae tum de Apollinis ſapientia erat, opinione digniſſimum: non ſi maximos auri argentique aceruos exſtrueret, non ſi multos exercitus aleret, non ſi terminos imperij ſui longe lateque proferret, ſed ſi ſe ipſe cognoſceret, ita demum beatum fore. Iam, etſi apud nos, qui uera religione imbuti ſumus, nihil Apollinis ualere debet auctoritas: tamen eiuſmodi oracula, quae praeceptum aliquod utile ad inſtituendam uitam continent, amare & magnificere debemus. Conſtat enim, ea nihil eſſe aliud, quam inſignes quaſdam & eximias ſapientiſſimorum hominum ſententias, quae quoniam diuinitus immiſſae in eorum animos uidebantur, ad deum referebantur auctorem. Quoties igitur audimus, Apollinem reſpondiſſe Croeſo, beatum eum fore, ſi ſe cognoſceret: quoties praeceptum eadem de re in templo Delphico inſcriptum fuiſſe legimus: toties illud cogitare debemus, magnum

gnum

M. ANTONII MVRETI

I.C. ET. CIVIS. R.

HYMNORVM. SACRORVM. LIBER

iuſſu Sereniſſimi

GVLIELMI

DVCIS. MANTVAE

MONTISFERRATI. ET. C.

conſcriptus.

Eiuſdem alia quaedam Poemata.

VENETIIS. ∞. D. LXXV

Apud Aldum.

MAXIMILIANI . II

EX . PRIVILEGIO



IMP. CAES. AVG.

Editio Aldi Manutij
Paulli F. Aldi N.

SERENISS.

GVLIELMO DVCI . MANTVAE MONTISFERRATI . ET . C.

MAGNE DVCVM, *fetam populis cui fortibus urbem*
Pulcher olorifero Mincius amne lauat:
Sume datis a te ſcriptos mihi legibus hymnos,
Neue parum culti deſpice uatis opus.
Illi etiam quorũ hic meriti celebrãtur honores,
Lucida quos conſtans uexit ad aſtra fides,
Non indignantur paruo ſibi ture litari:
Atque animum magni muneris inſtar habẽt.
Forſitan his olim iuuenis meliora dediſſem,
Et mulcere aures dulcius apta tuas.
Sed ueniens etiam ingenio eſt damnoſa ſenectus:
Nec tantum uires corporis imminuit.
Cum mihi turgerent meliori ſanguine uenae,
Nec curarum animum pondera deprimerent:

Sponte ſua numeris carmen mihi mollibus ibat:
Et ſubito uerſus fundere ludus erat.
Nũc & corpus hebet ſenio, et mẽs ipſa pigreſcit,
Quodq. habuit ludo, nunc onus eſſe putat.
Dulce onus hoc tamẽ eſt, quod te mãdãte ſubitur,
Et leuiora facit iuſſa iubentis amor. (ore
Atque utinã haec roſeo legat & VINCENTIVS
Phoebi & Muſarum maxima cura puer:
Qui floreſcenti paullatim attollitur aeuo,
Vt ſata ſe ad fluuij ſubijcit aluus aquas.
Felix, cui teneris Helicon luſtratur ab annis,
Et bibitur uolucris fons pede factus equi.
Quem iam ipſa Vranie blandis cõplexa lacertis,
Stellatas ſuperum uexit ad uſque domos:
Oſtenditq. aſtrorum ignes, caeliq. meatus,
Queisq. ſuos peragant legibus illa choros.
Quis ſcit, an &, caelo dum ſingula diſpicit, inter
Cetera maiores uiderit aſtra ſuos?
Et quos purpureo contexit Roma galero,
Et qui regali ſceptra tulere manu?
Fortunate puer, magnum patris incrementum,
Cui Lacheſis net plena aurea fila colo,
Viue diu, utq. dati poſcit tibi nominis omen,
Tende atauos omni uincere laude tuos.
Neu graue ſit, dum dona tibi grauiora parãtur,
Interea partem carminis eſſe mei.

In die Aſcenſionis.

VICTAE in perpetuum mortis & inferum
Inſignis ſpolijs, luce nitens noua,
Primusq. inſolitum Chriſtus iter ſecans,
Arces in patrias redit.

Natus, naſci iterum nos quoque dum cupit,
Mundo, mortuus eſt, nos cupiens mori,
Surgens & repetens aethera, nos quoque
Vt poſſimus idem, dedit.

Chriſto nunc igitur uiuere nos decet.
Vt Chriſto pariter detur inemori.
Surgentes eadem nos quoque gloria
Puro lumine ueſtiet.

O per qui te, hominum conditor, ingredi
Caſtae adduxit amor uiſcera uirginis,
Nos dignare, tuis artubus inſitos,
Voti reddere compotes.

Simplex aetherij numinis unitas,
Quae diſtincta eadem eſt ueraq. trinitas,
Aeternis uigeat ſemper honoribus,
Et terra ſimul & polo. Amen.